mea: ab ipso enim salutare meum Nam
et ipse deus meus et salutaris meus susceptor
meus non mouebor amplius Quousque
irruitis in hominem interficitis uniuersi
uos tamquam parieti inclinato et ma
cerie depulse Verumtamen precium meum
cogitauerunt repellere cucurri in siti o
re suo benedicebant et corde suo maledi
cebant Verumtamen deo subiecta es
to anima mea: quoniam ab ipso patientia
mea Quia ipse deus meus et salutaris meus
adiutor meus non emigrabo In deo salu
tare meum et gloria mea deus auxilii mei
et spes mea in deo est Sperate in eo omnis
congregatio populi effundite coram illo cor
da uestra deus adiutor noster in eternum Veru
tamen uani filii hominum mendaces filii
hominum in stateris: ut decipiant ipsi
de uanitate in idipsum Nolite sperare
in iniquitate et rapinas nolite concupis
cere diuicie si affluant nolite cor apponere.

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1265, fol. [3]v – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ps5l/7275/58769)